



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Orationes ad sanctos an sint iust[a]e. tit. 221

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

508 SVMMA DOCTR. CHRIST.

rendi fieri debeant, falsum est. Nam Propheta Sa-  
1. Regum. 7. in Masphat præcipit ieiunium, & iudeo-  
pulum dicere, Peccauimus tibi Domine. &cet. It  
iram Dei placauerunt, & inimicos Philistæos vice-  
runt. Sic à poena temporali, id est, bælo, &cet. ieiuna-  
uit rex Achab. 3. Reg. 12. cum occidisset Nabor, &cet.  
ieiunat omnis populus, et liberatur ciuitas ab Holo-  
ferne, Iud. 4. Et à malo consilio Iudei Amâ, Hether. 4.  
Et Niniuitæ liberantur Ionæ 3. &c. Ergo ieiunium me-  
dium est, per quod Deus distribuit & temporalia &  
æterna beneficia propter Christum, Et Christus Mat-  
6. inquit, Patrem reddere mercedem.

Tertiò, omnes penè hæretici ieiunium vilipende-  
bant, Montanus quadragesimam, Arriani præcepta  
Ecclesiæ de ieiunijs, Iouinianus comedentem & ieu-  
nantem inter se æquabat. Et hæc omnia ante annos  
mille facta sunt. At Ecclesia Catholica iubet & docet  
non contemnere ieiunia, et si neminem etiam infi-  
morum compellit ad ieiunium, &cet. Est enim Satha-  
nas efficax circa gulam ut homines prosternat, sicut  
fecit primis parentibus, Genes. 3. Est igitur ieiunium  
nihil aliud, nisi quedam humiliatio coram Deo, &  
medium, per quod Christus dicit, Patrem reddere pte-  
mium & gratiam Matthæ. 6. Et Christus Marc. 9. dicit  
hoc genus dæmoniorum expelli ieiunio & oratione,  
id est, tentationes vehementes satanæ, &c. Abstinenc-  
tiæ etiam à quibusdam rebus propter Deum pluri-  
mum placent Deo, & habent sua præmia. Videla-  
tiùs Tit. 225.

ORATIONES AD SAN.  
Etos an sint iusta.

TITVLVS CCXXI.

PRIMÒ, fiduciam orandi & loquendi cum  
DE O, ipse CH RIST VS nobis impetu-  
uit, qui iubet petere in nomine suo patrem,  
Io. 14.

Ioannes. 16. Petite, inquit, & accipietis, scilicet, omnia à patre, propter nomen meum. Subinde docet quia petamus Matthæ. 6. vt nomen Dei sanctificetur, vt sua fiat voluntas, vt suum regnum &cæ. Hæc oratio omnia includit necessaria, & his habitis, gaudiū nostrum plenum erit hīc & in futura vita. Sed hæc omnia petere debemus à patre propter nomen suum, & non ob aliud nomen. Sic Ecclesia concludit, per nomen Domini nostri Iesu Christi, & ob nullum aliud nomen: neque dicit, propter nomen B. virginis, Petri, Pauli, &cæt. Tametsi in collectis sit mentio sanctorum, vt ipsi vel pro nobis orent, aut ut DEVS etiam nobis donum suum concedat, sicut illis concessit: attamen omnis conclusio est, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Secundò, quamuis orationibus ad sanctos multa consonant verba, quasi ipsi dent, quæ pétimus, auxiliuntur, protegant, defendant, quod ipsi dent remissio nem & vitam, bonum finem, temporalia bona, &cætera. Non tamen hic est sensus neque vñquam fuit intentio Ecclesiæ, quod ipsi habent officiū DEI, & hoc faciant sua dignitate & virtute, sint nostri salvatores, nullus eorum sanguine suo nos redemit: sed et dicuntur propter officium intercessionis, vt scilicet nobis auxilientur sua obsecratione, vt protegant & defendant, suis precibus apud Christum interfcedant, vt ille nos custodiat & defendat, &cæt. Sic virginem dicimus vitam, dulcedinem, & spem nostram, &cæt. eo quod genuit mundo CHR 1 S T V M, regem, vitam, & spem nostram. Sic Paulus 1. Thessal. 2. vocat illos spem, gaudium, & coronam gloriacionis suæ, &cæt. Sic etiam Philipp. 4. Sed non sic eos vocat, vt deroget C H R 1 S T O, sed in alium finem, quia Euangelio eos genuit, quatenus per hoc salvantur: sic sunt spes, gaudium, & corona nostra sancti Martires &cæt.

KKk Tertio,

Tertiò, Deus habet multa media, per quæ dona sua distribuit, ut per fidem, sacramenta, pia operaria gratiam: sic etiam per sanctos tanquam media, &c. Ita commembra sèpè dona sua largitur, sicut septuagesies per manum alterius, ierui aut filii, dat agenti elemosynā. Et sic recte orat ecclesia: Domine Deus, da mihi per meam & B. virginis, S. Perti &c. intercessionem hoc vel illud propter nomen Domini nostri Iesu Christi, multum differunt hæ præpositiones, Per & Propter: Ecclesia tamen, non male faceret, si quædam verba in orationibus sanctorum emendaret, vel propter simplicium fiduciam, aut hereticorum calumniam.

*AN D E O V E L S A N C T I S  
Missa celerabmus.*

TITVLVS CCXXII.

C I E N D V M primò, quod confessoribus, martyribus, Apostolis, B. virginis & ceteris sanctis, non ædificamus templum & ecclesiás, sicuti Pagani suis diis fecerunt: nec erigimus altaria, nec corpus eorum ac sanguinē offerimus, aut illis sacrificamus: sed vni Deo & Domino nostro Iesu Christo offerimus sacrificia laudis & gratiarum actionis, quia sanguinem suum pro nobis fudit in cruce, Matthei 27, & quia ipse dixit Matthæi 26. Hoc est corpus meum &c. Hoc enim Christus facere iussit, Luca 22. Ergo Christi corpus & sanguinem offerimus patrionantes ut propter illum nostrum dignetur misericordia. Autem sacrificium alio modo se habet, id est, mysticè, non sanguinolentè, sicut erat in cruce.

Secundò, Memoriam sanctorum facimus solum in Missa, quæ est de Deo, non de sancto: in collectis & orationibus mentionem de sanctis habemus, quorum spiritus